



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

In proprio iudicio pertinacia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

ab angelis retro respicere quia non est animo redeundum ad veterem vitam, &c. Chore, Dathan & Abiron quia Moyfi non obtemperarunt terra viuos absorpsit. Saul Rex ob inob. regno excitus est, hinc Samuel ad ipsum: Pro eo quod abiecisti sermonē domini proiecit te Dominus ne sis Rex. Quoniam Propheta de Iuda veniens in Bethel contra mandatum Domini in Bethel cum alio Propheta panem comedit & bibit aquam, à leone occisus est. Quoniam alius Propheta filio prophetarum dicenti: percutite me, non obtemperavit, etiam à leone occisus est. Prophetam Ionam fugientem in Tharsis nec aër, nec aqua, nec naus ferre potuit ob inobed. & tandem in mare proiectus est. Populus Israeliticus ob inobedientiam captivus abductus est in Babylonem.

3.  
Nu. 16. 22.

4.  
1. Reg. 15.

23.

5.

6.

3 Re. 13. 24.

1b. c. 20. 36

Ioan. 1. 15.

7.

8.

Ier. 34. 18.

*POENAE EORVM QUI IN PRO-  
prio iudicio pertinaciores fuerunt.*

**I**oan. Cas collat. 2. c. 5. Oculorum vestrorum vidistis obtutibus, senem Heronem ante paucos admodum dies illusionē diabolicā à summis ad ima deiectum, quem quinquaginta annis in hac eremo commoratum singulari districtione continentiae rigorem tenuisse meminimus. Hic igitur quo pacto post tantos labores gravissimo corruens lapsu cunctos in hac eremo constitutos luctuoso dolore reperculit? Nonne quia minus discretione

1.

Q pos

Proprio ne  
fidas iudi-  
cio, ne dia-  
boli illusio-  
ne decipia-  
ris.

2.

B. Doro-  
theus ser. 8.

possessa, suis definitionibus regi, quæ collata  
vel collationibus fratrum atq; institutis  
rū maluit obedire? Quæ præsumptio  
ptus Angelum Satanae velut angelū lucis  
summa veneratione suscipiens, eiusq; præ-  
ptis pronò obediens famulari semetipsum  
puteum, cuius profunditatē oculorum  
tingit intuitus, præcipitem dedit, de angeli  
sponsione non dubitans, qui eum pro  
to virtutum ac laborum suorum nequaquam  
posse firmaverat vlli iā discrimini subiacere  
De quo ingenti fratrum labore extraxit  
tam die tertia finiturus, in deceptionis  
stinatione permansit, non credens quod  
monum calliditate fuisset delusus.

Macarius abbas cum aliquando demum  
vidisset multis onustum ollis, rogavit  
quis ollarum foret usus, qui respondit  
lere monachos varijs illecebris à virtute  
tu abducere. & iam vnum eorū in nallam  
lexisse, cuius & nomen prodidit. Quam  
nachum mox Macarius convenit, cognovit  
eum tentationes suas Patri spirituali  
tefecisse, atq; ideo monuit, ne deinceps  
dicio fideret quod & fecit. Cum vero  
dæmon iterum se spectandum præbuit  
cunctatus ab eo est, num dictus monachus  
huc inter amicos esset: ille furiose respon-  
dit, quod ex amico factum hostem. Greg. 4. dial. 40.  
habet exemplum Paschalis ob hoc poenitentiam  
tum poenas purgatorij ignis perferentem